

Universitätsbibliothek Paderborn

Instructio practica ...

Institutiones Qvintvplicis Theologiæ - Positivæ videlicet, Asceticæ,
Polemicæ, Speculativæ, & Moralis complectens, Unà cum Appendice
Methodum compendiariam reformationis Ecclesiasticæ à Concilio
Tridentino factæ continente

Lohner, Tobias

Dilingæ, 1679

§. 2. Quis modus in sensu S. Scripturæ investigando sit adhibendus.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-48233](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-48233)

§. II.

Quis modus in sensu S. Scripturæ investigando sit adhibendus.

Quantopere modus aliquis S. Scripturæ sensum investigandi sit necessarius, pulchrè ostendit Origenes sequentibus verbis: *Sicut in novissimis diebus Verbum DEI ex MARIA carne vestitum processit in hunc mundum, & aliud quidem erat, quod videbatur: aliud, quod intelligebatur; carnis namque aspectus patet omnibus, paucis verò & electis dabatur Divinitatis agnitus; ita & cùm per Prophetas vel Legislatorem Verbum DEI profertur ad homines, non absque competentibus proficeretur indumentis; nam sicut ibi carnis, ita hic literæ vel amine tegitur. Vt litera quidem aspiciatur tanquam caro, latens verò intrinsecus spiritualis sensus tanquam divinitas sentitur.* Quod ipsum etiam egregiè confirmans Hugo Victorinus l. 3. de anim. In refectorio, inquit, S. Scripturæ tres mensæ, id est, tres intellectus divine Scripturæ possuntur, videlicet historialis, mysticus, & moralis. Prima mensa simplificibus, secunda Doctoribus, tertia communis est utriusque. In prima cibis est grossior, in secunda subtilior, in tercia dulcior. Prima continet saporem exemplorum, secunda vim mysteriorum, tertia dulcedinem morum. Prima pascit miraculis, secunda figuris, tercia verbis.

Porro pro modo hoc investigandi S. Scripturam duplices generis doctrinæ observanda assignantur, generales scilicet, & speciales, quæ proinde utræque hoc loco breviter sunt referendæ.

Doctrinæ generales pro S. Scripturæ sensu investigando.

Doctrina 1. Nemo ad hanc Interpretationem admittendus est, nisi qui leges, proprietates, & Ordinem S. Scripturæ novit; ita disserit S. Chrysostomus hom. 39. de ira docuit his verbis: *Qui metallia fodere aggreditur artis ignorans, auræ venas non invenit, sed confundit, & laborem subit cassum, ita qui*

40 De Exegetica Interpretatione S. Scripturae.
qui divinarum Scripturarum ordinem non intelligent, quia
rum proprietates, qui leges non disquirunt, sed omnia adver-
borum sonum accipiunt, aurum terra confundentes nunquam
reconditam in iis thejurum assequuntur.

Doctrina 1. Nihil in S. Scriptura sine discussione pre-
eendum: Ita iterum S. Chrysostomus hom. 2. in Isaiam, de-
cuit dicens: Si hi, qui fodunt in terris metalla, ne min-
quidem frusta pratereunt; verum ubi nocti fuerint aliqui
venam auream, meatus omnes exacte circumspiciunt; mo-
magis hoc facere nos oportet in S. Scripturis. Et tamen in
taliis difficile est invenire, quod venantur. Etenim cum ter-
ralla sint terra, & aurum nihil aliud sit, quam terra, &
quoque natura communio similitudineque celat aspectum con-
qua quaruntur. Attamen ne sic quidem desistunt illi, sa-
mnam adhibent diligentiam, quantumvis simul, atque re-
rint, sciant, quid vere sit terra, quid vere sit aurum.
Scripturus autem non est eadem ratio; neque enim proponit
aurum terra commixtum, sed purum est aurum. Eloquia
quit, DEI pura, argenum igne exploratum, probatum in
Siquidem Scriptura non sunt metallorum, qua indigent Operas
sed thesaurum prabent paratum iis, qui quarunt opes in
reconditas.

Doctrina 3. Non in superficie licet herendū, sed u-
teriora reconditi sensus tendendum; ut idem S. Doctor ho-
in gen. sequenti similitudine ostendit: Sicut, qui sensu
thesauros effodere conantur, non in superficie solum fodunt,
sed in profundum descendunt, penitiores terrae sinus scrutantur
tamei si sepe post labores & sudores vix paucas portione
afferunt. Non sic in spiritualibus, sed labor hic minor, &
agna ubertas. Ita & nos ad ima scripturarum descendentem
in breviculis verbis latenter investigemus.

Doctrina 4. Non descendendum, et si non statim intelligi
sit S. Scriptura: sed, ut ingeniosè discurret Robertus
Tuitiensis 1. 7. in Matt. Sicut Iacob luctatus est cum Alio
in quo DEVS erat, qui & victimum se fatebatur; ita laus falsa
debet Verbi DEI amator cum sermone vel scriptura, in qua
DEVS est, quae ex DEO est, nec dimittere, antequam
vinci volentem, sensumque comprehendat utilem in litteris
centem. Lucta enim pulcherrima est, tamdiu perseveran-

De Exegetica Interpretatione S. Scripturæ. 41

tendo, donec inveniat pulsando, donec sibi aperiatur. Hæc lucta placet DEO, hæc cupit ipse vinci, hæc fortitudine opus est, ut nobis aperiat & det Spiritum sanctum. Sed & aliâ ratione constantiam hanc suadet Origenes, dum homil. 20. in Jesum Nave ait: Solent Medici interdum præbere cibum aliquem, interdum potum dare, verbi gratia ad discutiendam caliginem & vijes, nec tamen in edendo ipso cibo vel in potando sentimus, quia utile est, & prodest oculis, sed, cum transferit visum cibi illius aut pœculi virtus, paulatim purgat aspectum, & tunc demum sentire incipimus, quia cibus ille vel potus profuit oculis; sed in aliis similiter corporis partibus eadem fieri solent. Hoc ergo modo credendum est & de Scriptura Sacra, quia utile est, & anima prodest, etiam si sensus noster ad presentis intelligentiam non caput: quoniam, ut diximus, & bona virtutes, que nobis adiunt, reficiuntur in iis sermonibus, & pascuntur, & contraria torpescunt iis Meditationibus, & effugantur.

Doctrina 5. In S. Scriptura interpretatione modus simplissimus adhibendus: juxta S. Hieronymi in epist. ad Demetrium sic loquentis monitum: De scripturis disputationem non det Aristotelis argumenta conquirere, nec ex flumine Tulliane Eloquentie ductendus est rivulus; nec aures Quintilianis flocculis & scolari declamatione mulcenda, sed pedestris & quotidiana similitudinis, & nulla luxuriatione redolens oratio necessaria est, qua rem explicat, sensum edifferat, obscura manifestet.

Doctrina 6. Omnis S. Scriptura Interpretatio ultimata ad caritatem DLI & Proximi referenda est, etique congruere debet: qui jam olim sapienter S. Augustinus in lib. de doctr. Christ. advertit, dum dixit: Qui quis igitur scripturas divinas vel quamlibet earum partem intellectu sibi videtur, ita ut ea intellecta non adificat istam geminam caritatem DLI & Proximi, nondum intellectus. Qui quis vero talen inde sententiam duxerit, ut huic adificanda caritatis sit utilis, nec tamen hoc dixerit, quod illo, quem legit, eo loco sensisse probatur, non perniciosè fallitur, nec omnino mentitur. Inest quippe in mente voluntas falsa dicendi, & ideo multos invenerimus, qui mentiri velint: qui autem falli, neminem. Et brevius in tract. de laud. carit. Ille, inquit, tenet, & quod latet, & quod patet in divinis sermonibus, nisi caritatem teneret in moribus.

C 5

Doctri-

Doctrinæ speciales pro sensu S. Scripturæ inveniendo.

Doctrina 1. Singula Verba in S. Scriptura sunt consideranda: nam, ut S. Hieronimus in Epist. ad Ephesios ait, singulæ voces, literæ, apices. & puncta in divinis literis plena sunt in bus. Id quod confirmans D. Gregorius Nazianz. in apostolico Nos, inquit, Exquisitam Spiritus doctrinam vel usque ad ultimum apicem & lineam transimus. Et quanquam in omnibus partibus hec adhibenda sit accurata verborum singulæ proprietatisque eorum expensio, multò id tamen magis facilius est in novo Instrumento, ac multò omnium maximè in qua sacrosancto Christi Domini ore prolata recensentur & angelisti; erat enim diffusa gratia in labiis ipsius. Usque ipse Jo. 6. dicebat, quod verba sua Spiritus & vita sunt,

Doctrina 2. Quantum fieri potest, ipsi fontes frequentissimè consulendi sunt: Uti communiter suadent, & faciunt interpres S. Scripturæ. Per fontes autem hos nihil aliud intellexur, quam textus Hebreus & Græcus cum Paraphrasi Chrysostomi & Græca Testamenti Novi Interpretatio; ex his enim raro optimi conceptus ad sententiam, quæ præ manibus beatur, illustrandam eruantur.

Doctrina 3. Ad SS. Pairum expositiones diligenter, in fiducia in sensu S. Scriptura investigando est recurendum: sedem, ut Antonius de Balinghem p. 2. præp. ad loc. c. monet, non modò in iis locis, ubi ex professo aliquantum tractant, sed etiam iis, in quibus quasi obiter & cidenti eam explanant; in his enim locis latent sœpe pulcherrimæ, accommodatissimæque S. Scripturæ expositiones, passim in eorum solidissimis & eruditissimis lucubratio-

Doctrina 4. Ne S. Scriptura sibi ipsi contraria efficiatur, diligenter ad ambiguïtatem vocum, diversitatem numerorum, & numerorum, aliasque circumstantias attendenda cùm enim, ut Salmeron canon. 30. proleg. 9. loquitur universæ Canonice Scripturæ Author, non sit quasi horum, nec ut Filius hominis, ut mutetur; necesse est, etiamsi aliqua sibi repugnare videantur, ea

minimè sibi contraria esse, sed vel considerata temporum, locorum, causarum, rerum, actionum, & Personarum varietate, aut ambiguitate vocum, nominum propriorum, locorum, & Personarum; aut Cognita varia scribendi ratione per figuræ Prolepsis, Anacephaleosis, id est, Anticipationis & Recapitulationis; aut per pensa antecedentium & consequentium Verborum contextura, & aliarum circumstantiarum ratione omnia sibi invicem consonare, & mirificè convenire. Ex quo ulterius colligitur

Doctrina §. *Regula ab Interpretibus pro indagando vero S. Scripturæ sensu assignari solita diligenter, ubi opus videbitur, adhibenda sunt:* Ut enim Artifices, qui regulas suas adhibere temerè negligunt, manifesto se errandi periculo exponunt; ita non minus in S. Scripturæ sensu eruendo & exponendo periclitabitur, quisquis Regulas ab Interpretibus Sacris tanto labore, studioque collectas adhibere neglexerit. Quia vero fat magnus similiūm Regularum est numerus, placet easdem distincto paragrapho breviter enumerare.

§. III.

De Regulis pro vero S. Scripturæ sensu indagando assignari solitis.

Ut facilius intelligantur hæ Regulæ, proderit eas in diversas classes dividere; aliae quippe generales sunt, quia generalē aliquam doctrinam in S. Scripturæ interpretatione observandam indicant; aliae particulares, quia vel ad Personas, voces, numerum, tempus, modum loquendi, figuræ &c. pertinent, ut mox ex dicendis apparebit.

MEMBRUM I.

De generalibus Regulis.

Regula 1. *Quæ in divinis libris scripta sunt, tractare debemus per ea, quæ scripta sunt.* Ita Origenes c. 23. in Matth. Hinc cum Christus Matth. 25. dixerit: *Quamdiu uni ex minimis meis, mihi fecisti: hæc sententia non ad illa duntaxat verba: Esurivi, & non dedistis mihi manducare &c. sed etiam ad alia similia referenda est, ita ut æquè dici possit.* Blasphemia